GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, um 1160 Seite 163v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25955
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quod ipse prestare dignetur dns nr ihc x pc. qui cum patre et spu sco uiuit et regnat. p omnia scla sclorum amen.

MARCVM

Videte vigilate et orate. Nescitis enim quando tempus sit. Et reliqua.

Omelia lectionis eiusdem.

Licet tota euglica scriptura plena sit mystica subtilitate. uerba tamen dni et saluatoris nri que ipse auctor suauitatis suauissime tonans. ad imbuenda discipulorum corda ore suo promulgauit. tanta mystice intelligentie pponderata sunt plenitudine. ut uix ea mens humana indagando possit attingere. Sic et psens sci euglii lectio. p singula uba plena refulget sensu mystico. et uirtus mysteriorum que in ea ee cernitur. eloquentia excedit humana. Et tamen quantum ipso adiuuante possumus. uba ei exhortationis. ad edificationem nobis et salutis pfectum trahamus. Videte inquit uigilate et orate. Dns et saluator nr non solum discipulos suos quib corporaliter loquebat. p hec uba admonuit. s; etiam qd nobis faciendum. quom uigilandum sit. p hec eadem uba patenter innotuit. Trina enim hec uerborum distinctio apte nobis demonstrat. quom saluandus quisq; qui posteriora obliuiscens in anteriora se extendere desiderat. culmen pfectionis ad qd tendit apprehendere ualeat. Quicunq; g diuina inspiratione compunctus. sclo renuntiare decreuerit et conuiuiscentiis ei. uiuata qd in exordio euglice lectionis uox diuina admonuit. oculos aduidendum aptos habere debet. ut uidelicet primo sapientiam intelligat. qd ei faciendum. qd ue sit uitandum. Nam quemadmodum homo qui exterioris corporis usu priuatur. quasi in tenebris ambulans. dum in incerto ponit pedem. graue non nunquam corporis incurrit lesionem. sic nimirum si oculus cordis